

ipfomet compromiffo confirmato iuramento oritur: & hieft verus intellectus d. aub. qui confirmatur ex 3. folutione. r. ftatim assignanda ad ipfam. Ex quibus inferitur, perperam dixiffe Bald. in d. aub. & fequaces fupra relati, dum exiftimant, quod ex compromiffo iurato non datur actio, etiam iure Canonico, nam ipfa datur & oritur ex ipfo iuramento, & ex ipfo compromiffo iuramento roborato de iure Canonico, licet non illa, quae de iure ciuili competebar propter iuramentum, quia hanc bene tollere potuit idem ius ciuile, iuxta verba & rationem Paul. ibidem fupra relata. Tertio & principaliter refpondeo ad d. aub. decernit ius quod ipfa tantum prohibet fieri compromifsum, in quo apponatur iuramentum. Si igitur apponatur contra prohibitionem illius text. non dabitur ex eo actio, quae à l. Codicis praecedente olim dabatur. Valebit tamen iuramentum de iure Canon. & feruandum erit in vtroque foro, tam officio iudicis, quam per viam actionis ortae ex ipfo iuramento & compromiffo iuramento confirmato, vt fupra dictum est, & hanc intellectum fenfit gl. in d. c. 2. verb. sacramentum de arbit. dum dicit, Ex quo tamen interuenit, scil. iuramentum feruandum est, dummodo arbitrium fit licitum, vel equum. vt in d. c. 2. in fin. & in c. cum tempore, eod. tit. & confat. ex d. aub. & ex corpore vnde sumitur in aub. de iudicibus, paragr. quia vero multa, collat. 6. dum ibi dicitur, quod si fecus fuerit factum ignotanter, nihil praeter sacramentum eis erit, & sic incurritur peritium si iuramentum non feruetur: quod exprefsius probatur in d. §. quia vero, ibi, penas peritij fufinebant. Et ita remanet bene factum d. aub. per quae cessant etiam caetera quae pro d. l. opin. non tenenda fupra adducta fuer. Nec etiam obstat opinio Barr. in d. l. aub. decernit eius, & ius fundamentum, quia loquitur exprefse contra decisionem d. c. 2. & d. c. cum tempore, de arbitris, & praeter ea ei satisfact bene Abb. in d. c. 2. n. 8. Adde ipse, quod non peccatur mortaliter adiciendo iuramentum licitum in compromiffo, imo illud non feruare effer peccatum, quia licet fit praeterprum, vt non iuretur, si tamen iuretur, feruandum est iuramentum, vt in toto tit. de iureiur. in Decretalibus praecipue in c. & si Christus, eodem tit. vbi dicitur, quod quamuis non fit per creaturam iurandum, si tamen iuretur per creaturam, feruandum quidem est, dummodo fit licitum, quod iuratur. Item, quod in casu dictae aub. decernit ius, non peccetur mortaliter adiciendo iuramentum probatur.

5 Quia recopilata à Iustiniano non dicuntur apud nos iura, sed dicta sapientium, quae deficiente l. fequi possunt, & quatenus ratione iuuantur, & confirmant ius Regium in iudiciis possunt allegari, vt tradit Didac. Perez in 3. q. praemialis ordinam. in fin. 1. col. illius questionis. Ergo cum decisio d. aub. decernit ius, & corpus vnde sumitur, sunt condita ab Imperatore Iustiniano & non tollant vires iuramenti proprias, sed tantum prohibeant id praestari in compromiffo consequens est, vt si praeterit, valeat, & teneat iuramentum & fit feruandum, & non committatur peccatum ex praestatione ipsius.

6 Vltimo à quod haec nostra opinio fit verissima & tenenda, & quod d. aub. decernit ius, sic hodie correcte probatur per l. 2. tit. 1. lib. 4. non. recop. Reg. vbi probatur, quod licet in aliis contractibus maiorum 25. ann. regulariter fit prohibitum iure

Regio apponi iuramento, tamen in compromiffo, & in aliis quibusdam contractibus, ibi contentis, bene potest hodie apponi iuramentum, etiam à maioribus & valet & est feruandum. Ecce igitur legè exprefsam de iure Regio, apponentem nostram opin. per quam l. hodie cessant omnes alterationes contrariae supradictae de iure communi: quia si potest hodie in compromiffo apponi iuramentum, producet sine dubio compromifsum iuratum actionem, vt in d. l. ne in arbitris, quae tanquam sanctissimo arbitrio stabilita, vt ipfa inquit, in princ. iustissime approbata est hodie per d. l. 12. Et quamuis haec ita se habeant, non fuit superfluum adducere, quae de iure communi essent scripta in hoc articulo, & quenam esset verior opin. tum vt iura communita non contemnamus, eo quod sint difficilia, tum etiam vt supradicta profint in aliis Regnis, in quibus non fit cautum idem quod in nostris Legionibus & Castellae per d. l. 12. Sed & alio ex capite hodie in nostris Regnis celsabant supradicta, quia de iure nostro Regio sententia arbitraria certis quibusdam requifitis interuenientibus, etiam absque iuramento meretur executionem, & sic producit actionem, vt latissime diserui in d. l. nemo potest, num. 417. & sequentibus. Et cum his finem impono huic capiti.

S V M M A R I V M.

- 1 Socius si conueniatur à socio ratione & iudicio societatis, non tenetur ultra quam facere potest, & hoc ampliatur aliis modis.
- 2 Socio conueno à socio ratione societatis debet relinqui ex quo viuere possit, & sic conuenitur in quantum facere potest, deducto ne egeat, arbitrio iudicis.
- 3 Socio conueno à socio relinquenda sunt alimenta secundum tempus, quod potest viuere, attenda computatione l. hereditatum ff. ad l. falcid.
- 4 Socius in solidum conuenitur à socio inope, qui non habet vnde se aliat, nisi ex illo credito ex societate proueniente.
- 5 Socius qui ex sua persona potest querere victum, vt quia habet artem vel officium, conuenitur in solidum à socio non relicto sibi alimentis.
- 6 Pater non tenetur alere filium, qui se exhibere potest, vel si filium habeat officium, ex quo honeste se alere possit.
- 7 Alimentandum ex legis dispositione, si habet aliam vnde se alere potest, non potest petere alimenta.
- 8 Alimenta, quae relinquenda sunt illi, qui tenetur in plus, quam facere possit deducto ne egeat, non sunt consideranda attenda prima dignitate eius, qui nunc demum ad paupertatem, sed debet attendi status patris, & de minori debet contentari, & totum hoc relinquitur arbitrio iudicis.
- 9 Socius, qui non conuenitur ultra quam facere possit ratione societatis, debet nudam cautionem praestare de solvendo residuo, quando ad pinguiorem fortunam peruenerit.
- 10 In exigendo, vel conueniendo aliquem in quantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonio fructibus potest reddere, non quantum ex venditione redierit.
- 11 Leges, quae dicunt, alimenta debere moderari secundum

- secundum qualitatem patrimonij, debent intelligi respectu fructuum, non autem respectu valoris.
- 12 Filio petenti alimenta in quae obitici, quod vendat proprietatem, in qua pater habet vsum fructuum, vt se aliat.
 - 13 Maritus (vel alia persona, qua non conueniuntur ultra quam facere possunt) condemnatur in quantum facere potest, si habeat possessionem magni valoris, & modici redditus, ex quo redditu vix viuere potest, an cogatur illam vendere?
 - 14 Fideiusor eius persona, qua tantum, in quantum facere potest condemnanda est, deducto ne egeat, non gaudet hoc privilegio, quia personale est.
 - 14 Fideiusor socij, qui non tenetur ultra quam facere potest, gaudet dicto privilegio, si tanquam defensor necessarius sui principalis suscipiat iudicium nomine rei principalis, & num. 17.
 - 15 Fideiusor gaudet beneficio principali tantum concessio, si denuntiet, vt suscipiat in se iudicium & id faciat principalis, quando fideiusor soluendo pro reo habiturus esset regressum contra principalem, alias secus.
 - 16 Minor an possit in se suscipere iudicium habitum contra suum fideiusorem, ad utilitatem ipsius.
 - 18 Socius quando conuenitur in quantum facere potest, non deducitur as alienum.
 - 19 Donator conuenitur in quantum facere potest, deducto ne egeat & ere alieno.
 - 20 Debitum ex causa onerosa posterius praefertur debito priori ex causa donationis, etiam si de hoc constet per scripturam publicam cum hypotheca expressa bonorum, & num. seqq.
 - 21 Debitum posterius, de cuius vera numeratione constat, praefertur anteriori, de quo non constat nisi per confessionem debitoris.
 - 22 Debitum ex causa onerosa, de cuius numeratione non constat nisi per confessionem debitoris, praefertur debito, etiam priori ex causa donationis.
 - 23 Donator alicuius rei potest ante traditionem illam alteri obligare, vt ipse dominus ipsius ante traditionem.
 - 24 Melioratus in tertio & quinto bonorum suae in testamento suae per contractum inter viuos, tenetur soluere debita defuncti pro rata meliorationis.
 - 25 Extraneus dotando videtur donare.
 - 26 Dotis constitutio facta alij quam filia, dicitur mera donatio, etiam si fiat à fratre.
 - 27 Omne as alienum deducendum est prius, quando frater conuenitur ad praestationem dotis, quam promisit sorori in casu, quo eam dotare non tenebatur, alius non videtur donare.
 - 28 L. ex promissione in princ. ff. de actio. & oblig. intellectus.
 - 29 L. Nefennius, in princ. digest. de re iud. intellectus.
 - 30 Exceptio qua obstat cedenti, non obstat cessionario.
 - 31 Exceptio declinatoria competens debitori aduersus creditorum, non competit contra cessionario creditoris ex causa onerosa.
 - 32 L. penult. ff. de iur. dot. intellectus.
 - 33 De re vel quantitate donata, tradita vt soluta,

non deducitur as alienum posterius.

- 34 De donatione ob causam vel remuneratoria non deducitur as alienum posterius.
- 35 Hoc intelligitur, quando datur ob causam recipientem fauorem dantis & recipientis, scilicet si fauorem recipientis tantum respiciat, sicut in dotis promissione facta ab extraneo, qui non tenetur dotare.
- 36 Item debet intelligi, quando donatio ob causam, etiam concernentem fauorem dantis, non excederet ipsam causam, quia alia in excessu, cum sit mera donatio, praefertur omne as alienum.
- 37 Exceptio hac ne qui conueniatur ultra quam facere potest, opponi potest semper & quandoque etiam in executione sententiae.
- 38 Socius, qui cum iuramento promisit sociis suis integre soluere seu nullam iniuriam vel facti exceptionem opponere, non gaudet hoc beneficio ne conueniatur, &c. Et idem est in donatore & in caeteris personis cum iuramento supra dicto modo promittentibus, quae quidem alias habent d. beneficium.

CAPVT XV.

De beneficio socii & alius personis competentis, ne conueniantur ultra quam facere possunt.



OCIUS, si conueniatur à socio ratione & iudicio societatis, non tenetur ultra quam facere potest: ita probat text. in l. verbi, in princ. ff. pro socio, vbi ampliat, vt hoc procedat non tantum in socio omnium bonorum, sed etiam in socio vnus rei: Idem etiam probat text. in l. sum qui in id. ff. de re iudi. qui dum dicit, Socius autem omnium bonorum accipiendus est, debet intelligi, maxime, quia vt probat d. l. verum, idem est in socio vnus rei: Ita concordat haec duo iura gl. vtrouique & sequitur Iaf. in §. sunt praetera, versic. sed & si quis, num. 6. Instit. de action. & d. §. sed & si quis, in versic. item socius, probat eandem conclusionem supradictam, quod socius iudicio societatis conuenitur à socio, non teneatur ultra, quam facere possit. Et approbatur haec conclusio in l. 1. versic. Oro si de timor tit. 10. part. 5. & idem tenent Dd. in d. §. sed si quis, & eos referens Iaf. ibidem, num. 6. in pluribus scholasticis habitantibus in eadem domo, quia si occasione societatis vnus esset debitor alterius, habet hoc beneficium: quod est extendendum, argum. l. alia, §. eleganter, & paragr. ff. sol. matrim. & notat gl. in l. paronius, versic. parentes, digest. de re iud. Secundo hoc ampliat ibi Iaf. d. l. num. 6. cum Ioan. Fabro, etiam si socius conueniatur alia actione quam societatis, dum tamen sit occasione societatis & agatur ex contractu inito durante societate. Pro quo addit Angel. ibi text. in l. socium, qui in eo, §. fin. & quod ibi notat Barr. ff. pro soc. pro quo etiam allego bonum text. in l. non tantum, digest. de re iud. in argumentum, vbi non tantum ratione dotis, sed ex aliis quoque contractibus maritus ab vxore iudicio conuenitur, in quantum facere potest, condemnatur: ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito. Sed duas limitationes ponit & late probat Palat. Rub. in rep. c. per vestras, §. fin. num. 14. & seq. de don. inter vir. & vxor. Prima est, quando socius

negavit se esse socium, & in hac negatione perseveravit vsque ad litem contestationem. Secunda, quando socius promittit integram quantitatem restituere vel sine aliqua exceptione iuris vel facti.

Est tamen aduertendum, quod socio conuenit per socium debet relinqui, ex quo viuere possit, & ita conuenitur in quantum facere potest, deducto ne egeat, arbitrio iudicis. Ita tenet gl. in d. l. verum, §. id quod in verb. debetur à socio, per text. in l. in condemnatione 134. in ordine, ff. de reg. quæ habet, quod in condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est ne egeant. Et approbatur hæc opinio in d. l. Regia expresse, vbi relinquitur arbitrio iudicis quantitas alimentorum, quæ socio relinquenda est.

Hæc tamen opinio primo debet intelligi, quod socio hæc reliquantur alimenta, secundum tempus quod potest viuere, attenda computatione, l. hereditarium, ff. ad Falcid. vt tenet in simili gl. in l. maritum, gl. i. ff. solut. mar. loquens in marito, qui pro dote similiter non potest conueniri vltra quam facere possit, deducto ne egeat, vt ibidem probatur, & in §. item si de dote, Instit. de act. & in l. 1. tit. 15. p. 5. & in l. fin. tit. 11. par. 4. Ergo idem eadem ratione dicendum est in nostro casu.

Secundo quod supradicta opinio debet intelligi & limitari, præterquam si socius agens, etiam egeat nec habet unde se alar, nisi ex credito. Ita tenent Guilie. & Paul. de Castr. in l. si quis crediderit, num. 1. ff. de pact. vbi loquuntur generaliter in quibuscumque personis, quæ non possunt conueniri vltra quam facere possint, deducto ne egeant, & in muliere repetente dotem, tenet Bart. n. 1. Paul. 2. in l. si maritus ff. solut. mar. vbi Alex. col. 3. dicit magis communem, sequitur etiam Ang. n. 4. Iaf. n. 10. in §. item si de dote, de actio. & in vtriusque tenet Greg. Lop. in d. l. 15. verb. biuir, ad fin. D. Azuced. nos hic citans in l. 1. n. 70. tit. 21. lib. 4. nou. collect. reg.

Tertio quod supradicta opinio debet intelligi, præterquam si debitor talis sit, qui ex sua persona possit quætere vitium, vt quia habet artem vel officium, quia hoc casu non relinquuntur ei alimenta: Ita tenet gl. singularis in d. l. si maritus, 44. in ordine, verb. neque mandare, ff. solut. matrim.

Argument. 7. text. in l. si quis a libertis, §. sed & si filius, ff. de liber. agnos. vbi patet non tenetur alimentare filium, qui se exhibere potest. Idem probat l. 6. tit. 19. par. 4. in versio. orosi, et 1. vbi idem esse probatur, si filius habeat officium, ex quo honeste se alere possit.

Et inquit quod Alexand. consil. 27. numer. 2. vol. 4. fol. 101. & consil. 48. numer. 2. lib. 3. fol. 39. quod alimentandus ex legis dispositione, si habet alias, vnde se alere possit, non potest perire alimenta, de quo etiam videndus est Palarius Rub. in rep. caput. per vestras, §. 24. numer. 7. fol. 219. de donat. in. vir. vxor. & Couarruu. in 4. de sponsal. 2. part. capit. 8. §. 6. numer. 9. & Telliis Farnand. in l. 10. Taur. numer. 6. Cum ergo hæc ita se habeant, consequens est, vt debitor, qui alias non poterat conueniri vltra, quam facere possit, deducto ne egeat, si aliunde ex sua persona vel officio se alere potest, non gaudeat præd. beneficio, iuxta d. l. si maritus, gloss. in d. verb. neque mandare. Et ita inuenio quod dict. gloss. sequitur Paul. de Castr. in d. l. maritum, nu. 8. vbi soluit contrarietatem gloss. in l. miles, ff. de re iudic. sequitur etiam

additio Bartol. in d. l. maritum, super numer. 1. littera C. vbi allegat aliam gloss. similem huic: sequitur etiam Bart. in proprio loco, scilicet, in d. l. si maritus, numer. 1. vbi Paul. de Castr. numer. 4. inquit esse reputatam singularem gloss. illam, & in terminis nostris socii conuenti socio ratione societatis, hæc opinio est hodie approbata in d. l. 15. tit. 10. par. 5. in fine, vbi inquit lex: Et hoc est eueniende, si el que deue la deuda, no ha menester (id est officium, vel artem, porque pueda guarir, ca si lo ovieste, es honre tenudo seria de la pagar toda auiendo de que, y el se deue irabatar de su menester de que biva. Itaque hæc opinio non solum iure communi est, sed & ipse Regio expresse approbata, & ibi notat Gregor. gl. fin. allegans d. gl. si maritus, & aliam in l. si quis, argum. §. 1. C. de donat.

Quarto suprad. opinio debet intelligi, quod debet deduci, ne egeat, scilicet, non attenda prima dignitate eius, qui nunc deuenit ad paupertatem. Nam si prius habebat plures famulos & equos, non debet sibi nunc tantum dimitti, vt possit eos habere, sed debet attendi status patris, & debet de minori contentari: & totum hoc relinquitur arbitrio iudicis, secundum Paul. de Castr. in d. l. si maritum, nu. 2. Et quod relinquitur arbitrio iudicis, probatur in d. l. Regia, vt supra dictum est.

Vltimus est aduertendum in hac materia, quod socius qui non conuenitur vltra quam facere potest ratione societatis, deducto ne egeat, debet præstare cautionem, hoc est, nudam promissionem de soluendo residuo, quando ad pinguiorem fortunam peruenerit: Ita probat expresse text. in d. l. verum, §. 1. in fine, pro soc. & in d. l. 15. tit. 10. par. 5. quæ lex loquitur per verbum, Recauda, & debet intelligi de simplici promissione, iuxta d. l. verum, §. 1. ita intelligit Greg. Lop. ibidem in gl. Talrecaudo.

Sed pro intellectu quod huius materie vnum est perpetuo menti tenendum, quod est in practica, vtilissimum, quod in exigendo aliquid, in quantum facere potest, inspicitur quantum ex fructibus patrimonij ipsius extrahitur vel percipitur, non autem inspicitur proprietas rerum, nec etiam quantum ex venditione rerum redigeretur: text. est ad hoc singularis in l. qui bonis, ff. de cessione bonor. vbi bona, quæ quis post cessionem bonorum à se factam acquisiuit, estimantur ex quantitate, & non ex qualitate ipsorum, nec iterum vendenda sunt. Ex quo text. notat ibi Bartol. quod in exigendo vel conueniendo aliquid in quantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur: & idem alij plures ex illo text. deducunt, quos refert An. Gom. in l. 10. Taur. numer. 40. Hanc etiam opinio, in nostris terminis tenet Iaf. maxime commentans in d. versio. sed & si quis, num. 11. de act. & Greg. Lop. in d. l. 15. in gl. biuir, in princ. tit. 10. par. 5. & prædictum Bar. notabile ex d. l. quis bonis, sequuntur omnes, secundum Telliis Farnand. in d. l. 10. Taur. n. 4. colum. 3. illius numeri, vbi etiam refert Decium idem tenentem in donante, qui non potest conueniri vltra, quam facere potest deducto ne egeat, quod dicatur facere non posse, etsi habeat proprietatem, quam vendendo possit, si ex redditibus sustentari non valet.

Secundo pro hac opinione allego l. Imperator, ff. ad Trebell. vbi Bart. per illum text. in fine, notat, quod ill. quæ dicunt, alimenta debere moderari secundum qualitatem patrimonij, vt in l. in alimentis

alimenterum, ff. vbi pupil. educat. debet, cum similib. debent intelligi respectu fructuum, non autem respectu valoris, per illum text. per quem ita tenent etiam plures allegati per Anton. Gomez. & Tell. Farnand. vbi supra, & dixi late declarando, qualiter hoc debet intelligi, in mea decimaguarta & finali allegatione, n. 5. & vltra ibi dicta idem etiã tenet Boerius decis. 19. n. 7. fol. 37. & idem in consil. 37. n. 13. fol. 739. & Alexan. optime alios allegans eon. 172. nu. 7. & ibi eius additio vol. 5. fol. 127.

Tertio pro hac opinione allego optimum text. in l. si filius autem, C. de bon. qua. lib. vbi filio peccanti alimenta non potest obici, quod vendat proprietatem, in qua pater habet vsum fructum, vt se alar, quem text. ad hoc allegant plures DD. & eos refertens Tell. vbi supra d. col. 3. num. 14. vbi & in columis sequentibus, bene agit de illo text.

Et ex quod d. l. qui bonis, aliud magis singulare intulit eleganter Bal. in l. si maritus in id. ff. solut. mar. sic, quod si maritus (adde tu, vel iocuse vel cetera personæ quæ hoc priuilegio iure funguntur) condemnatus in quantum facere potest, habeat possessionem magni valoris & modici redditus, ex quo redditu vix viuere potest, quod non cogitur illam vendere. Sed Ioan. de Imol. in d. l. si maritus, tenet contrarium, si ex illa possessione potest satisfieri mulieri, & ex residuo prouideri ipsi viro, conueniendo in aliam rem maioris redditus vel ponendo pecuniam penes mercatores idoneos ad partem honesti lucri, argum. l. qui potest, digesti. de reg. iur. vbi qui facere potest, vt possit facere, posse videtur. Quam opin. contra Bal. sequitur etiam Alexand. ibi, & Iaf. vbi supra d. num. 11. & Greg. Lop. in d. l. Regia, in d. gl. biuir, pass. princip. Hanc etiam opin. secundam tenent idem Bal. in pluribus aliis locis, & alij Doctores, relati per Tellum Farnand. vbi supra col. 5. d. n. 14. Et ita est tenendum. Non obstat d. l. qui bonis, quia secundum supradict. DD. illa lex loquitur de bonis quæ sitis post cessionem, in quibus iura magis fauent debitori, quam creditori, quod patet, quia ante cessionem nullo priuilegio vitur debitor regulariter, sed integre tenetur soluere vel carceri traditur: in quæ sitis vero post cessionem non potest conueniri debitor, vltra quam facere possit, vt in §. si. Instit. de act.

Fideiussor autem eius personæ, quæ tantum in quantum facere potest condemnanda est, deducto ne egeat, non gaudet hoc priuilegio, quia priuilegium hoc personale est, vt in l. & fideiussor, & in l. Neseinius ff. de re iud. & in l. verum, in princ. ff. pro soc. nec etiam hæredes ipsius personæ priuilegiatæ eadem ratione, vt in d. l. & si fideiussor cum l. sequens ff. de re iud. & in d. l. verum, in fine principij, ff. pro soc.

Sed est quod optima cautela, vt fideiussor harum personarum, gaudeat quoque & vtatur eodem priuilegio, scilicet, quod tanquam defensor necessarius sui principalis suscipiat iudicium nomine rei principalis, quod potest facere. Et hanc cautela probat in expressis terminis d. l. verum, in versio. videndum, vbi postquam dixerat, quod hoc beneficium est personale, & proinde fideiussori non datur, subdit: Sed si hic fideiussor socij iudicium susceperit, prouideri sibi. Nam quod Iulian. l. 4. Digestorum scribit defensorem socij in id, quod socius facere potest, condemnari oportere, idemque & in patronis defensore accipi debere ait: & vtiq; idem erit in vniuersis, qui in id quod facere possunt, conueniuntur. Hæc tenus Iurifconsultus: & est ratio, quia defendere est

eandem vicem, quam reus subire, l. minor, versio. quoniam ff. de procur. & inquit text. ille, Ideoque defensor mariti in amplius quam maritus facere possit, non est condemnandus, & ibi gl. verb. quam reus subire, allegat d. l. verum, §. 1. & alia iura, & idem de defensore mariti probat etiam text. in l. alia, in princ. ff. solut. mar. & text. in l. si cum procuratore, ff. de re iudic. vbi gl. in verb. defensor, intelligit, quod defensor non habet mandatum, Et idem tenet glo. 1. in d. l. alia, in princ. vbi loquens in defensore, intelligit cum mandato, vel fine, quia defensor tantum satisfacere tenetur, vt in l. sed & hæc, §. defendere, ff. de procurat. & in d. l. minor, §. quoniam, cum duob. l. seqq. ff. de procurat. Et ratio differentie inter fideiussorem & defensorem est, quia fideiussor ex propria obligatione conuenitur, sed defensor conuenitur, ex illa obligatione, qua tenetur dominus, vt tradit & tenet d. gl. 1. d. l. alia, in princ. quæ est veta ratio secundum Bart. in d. l. verum, in princ. num. 4.

Aliam quod & secundam cautela ponit Bart. in d. l. verum, in princ. num. 3. scilicet, quod fideiussor denunciet principali, & quod principalis veniar & suscipiat in se iudicium, & opponat istam exceptionem in persona sua, licet fideiussor tantum fideiussor ea vti non potuisset, per text. in l. idemque §. generaliter, versio. quod si eam ff. mandat. vbi loquens text. in omissione exceptionis reo principali competenti, inquit, quod si eam, quia reus vti potuit (scilicet omisit fideiussor) non habitatur mandati actionem, si modo habit facultatem reconuendi desiderandique, vt ipse susciperet potius iudicium, vel suo vel procuratorio nomine, & ibi gloss. verb. conueniendi, exponit, id est, denuntiandi coram iudicibus, vt supra ead. l. si procurator, §. si ignorantes. Hanc etiam cautela tenet idem Bartol. in dict. leg. est fideiussor, num. 2. Paul. de Castr. in leg. Ad arcellus colum. 2. post medium, ff. de fideiuss. & idem Bart. per text. ibi cum gloss. in l. Stichum aut Pamphilum, §. quod vulgo, ff. de solut. & ibi Ioan. de Imol. & Iaf. alios allegans & maxime commendans ad practicum in d. §. sed & si quis, num. 12. & ante hos tenet eandem opinionem Cynus in l. quoties, quæst. 6. colum. penult. fin. & colum. fin. vbi addit, quod hoc casu creditor non post reum principalem omittit & contra fideiussorem insistere, & reus principalis sibi exceptionem opponet ex sua persona, ex dict. §. generaliter. Et sic licet fideiussor non possit consequi ex sua persona effectum priuilegij creditoris excipiendo, consequetur denuntiando: & tandè Cyn. ibi hoc esse verum intelligit, quando reus principalis exigendus est à fideiussore conueno ex actio, sicut est in d. l. & si fideiussor ff. de re iud. Et adde tu, idem regulariter esse in quocunque fideiussore, qui potest actione mandati conuenire principalem, & ab eo exigere, quod pro eo soluerit, vt in §. si qui autem, Instit. de fideiuss. & in l. fideiussor, C. mand. & in l. ex mandato, §. 1. & in l. inter causus, §. is qui digestis mandar. & in c. 2. & 3. de fideiuss. & in l. 8. tit. 18. lib. 3. for. & in l. 1. & 12. tit. 12. par. 5. Itaque hæc secunda cautela procedit & locum habet, secundum Cynum, vbi supra, quando fideiussor soluendo pro reo habiturus esset regressum contra principalem, quia hoc casu iustum est, vt ipse principalis possit nomine proprio, vel tanquam procurator in rem propriam suscipere iudicium inceptum & habitum cum eius fideiussore, quia agitur de suo præiudicio, & alias nihil prodesset sibi supradictum priuilegium, cum fideiussor

iusfor ipse, si solueret solidum conuentus à credito-
tore, illud repeteret à reo principali, & leg. de
fraudentur: quia debitor semper conueniret fi-
deiusforem, reum autem principalem minime, si
reus hic non posset nomine proprio subire iudi-
cium, & allegare dictam exceptionem sibi tan-
tum competentem.

Et hoc est, quod reuera vult text. in d. §. genera-
liter, in illis verbis: Si modo habuit facultatem rei
conueniendi, &c. & ibi, Vel suo vel procuratorio no-
mine, quia procuratorio nomine intelligi debet,
id est, tanquam procurator in rem propria. Si vero, in-
quit Cynus, reus non esset exigendus à fideiusfore
mediante privilegio suo, quod etiam contra ip-
sum fideiusforem vendicaret sibi locum, tunc de-
nuntiatio nihil prodesset, cum cesseratio. Et opi-
nionem Cyn. sequitur etiam Bald. in d. l. quoties, n.
2. dicens esse notatū dignum & menti tenendum:
& ibi eius additio intelligit ipsum Bald. secun-
dum distinct. Cyni supra positam, quod etiam
sentit Bald. dum dicit, hoc esse speciale in defen-
sore necessario. Et idem Bald. in l. tam mandatori,
num. 8. C. de non numerat. pecun. & Hippolyt. in rubr.
ff. de fideiuss. num. 275. & inquit Alexand. in l. non
tantum, §. quod autem, num. 4. ff. de re iudic. quod
cum Bart. in hoc transeunt alij, vbi hoc intelligit
post Cynum, vbi supra, & eundem Bart. & alios,
quando fideiusfor habiturus erat regressum con-
tra principalem, alias non, quia sua non interest.
Et eodem modo materiam hanc intelligit Petr.
Duen. in reg. 330. limitat. 4.

17 Vbi ex hoc ¶ inferit cum aliis, quod minor non
poterit in se suscipere iudicium habitum contra
suum fideiusforem ad vtilitatem ipsius fideiusfor-
is, cum aduersus suum fideiusforem competat
sibi restitutio, vt in l. 1. C. de fideiuss. min. & sic nul-
lo casu fideiusfor sit habiturus regressum contra
minorem. Sed si minor esset defensor necessarius,
ita quod sibi non competeret aliquid casu resti-
tutio contra fideiusforem, posset comparere pro
eo, & allegare exceptiones sibi tantum compe-
tentes, suscipiendo in se iudicium, per dist. §. gene-
raliter, & per omnia supradicta, quod verificari
posset, quando minor obligatus esset fideiusfori
cum iuramento, ita quod ex hoc sibi non compe-
teret aduersus eum restitutio, in xtra authent. sacra-
menta puerum, cum materia, Cod. si aduers. vend. vel
in aliis similibus casibus, licet aduersus credito-
rem sibi competat restitutio, si respectu eius non
intrauerit contractum.

Hac secunda cautela elegantissima est pro-
fecto & verissima in casu quo cum intelligunt
Cyn. & ceteri Dd. & in casu quo loquitur d. §. ge-
neraliter, à quo sumpta fuit, scilicet, quando fidei-
usfor exactus, habiturus esset regressum contra
reum principalem alias secus. Ex qua ratione in-
fertur, quod si essemus in casu, in quo fideiusfor
non esset habiturus regressum contra principa-
lem pro eo, quod soluit pro reo, non haberet lo-
cum hæc cautela, per rationem supradictam. Et no-
uem casus, vbi fideiusfor, licet soluat pro reo, non
habet contra ipsum regressum, cumulat Petr.
Duen. in reg. 137. in limitationib. in illis igitur ca-
sibus non habet locum supradicta cautela.

18 Vnde etiam ¶ inferitur, quod cum fideiusfor
socij & fideiusfor mariti & donatoris, possint
principales suos conuenire pro eo, quod soluerint
pro reis, quia tantum societati, doti & donationi
conceditur privilegium, ne socius, maritus vel
donator conueniantur ultra, quam facere possint,

ratione societatis dotis reddendæ, & donationis
tradendæ, non vero eorum fideiusforibus, quod in
supradictis personis habebit locum supradictæ. re-
medium & cautela orta ex d. §. generaliter, vt reus
principalis, conuenio ipsius fideiusfore, possit in
se suscipere iudicium, & allegare quod non con-
ueniantur ultra, quam facere possint.

Præterea illud in materia hac aduertendum
est, quod licet socius non possit condemnari ul-
tra, quam facere possit deducto ne egeat, æs tamen
alienum, quod aliis debet, non est deducendum,
nisi ex ipsa societate, hoc est, ratione ipsius debea-
tur. Itaque ad hoc, vt sciatur, an facere possit soli-
dum, socius, non est inspiciendū, quod aliis debet
extra causā illius societatis: text. est expressus in
d. l. verum, §. incip. id quod facere potest, & c. ff. pro soc.
& idē est in marito, vt in l. maritus, §. ff. solut. matr.

Solus ¶ donator deducit, quod aliis debet, 19
quando conuenitur ex causa donationis, quia in
ipso non tantum deducitur ne egeat, sed etiam
debita, quæ aliis debet, deducuntur: text. est ex-
pressus in l. inter eos, versio. sic quoque, ff. de re iudic.
cuius verba sunt hæc: Is quoque, qui ex causa dona-
tionis conuenitur, in quantum facere potest condem-
natur: & quidem si solu deducto ære alieno, & inter
eos, quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis
potior erit causa. Imo nec totum exortum
ei puto, sed & ipsius ratio habenda est. ne egeat:
qui quidem text. mirabilis est, & magnificandus
in practica, quia quod donator non conueniatur
ultra quam facere potest, deducto ne egeat, ordi-
narium est & probatur in pluribus iuribus, tam in
d. §. sed & si quis, in fin. de act. quam alibi sæpissi-
me, & in l. 4. tit. 4. par. 5. cuius ratio est, ne liberali-
tate sua inops fieri periclitetur, vt in l. & exbere-
dandum, cum l. seq. ff. de re iud.

Sed ¶ quod deducatur æs alienum priusquam
donatio, certe singulare est, & ad quod multi ad-
uocati practici non aduertunt, credentes & sine
dubio, quod donatio prior, siue obligatio dona-
tionis cum hypotheca expressa bonorum, præ-
feratur omnibus debitis posterioribus etiam ha-
bentibus hypothecam expressam per reg. qui prior
cum materia, de reg. iur. in 6. Sed profecto contra-
rium probatur in d. versio. is solus, ibi, deducto ne
egeat, vbi probatur, quod priusquam soluatur dona-
tio, debet solui & deduci omne æs alienum, &
per illum text. ita tenet gl. in d. l. verum, d. §. 1. verb.
debetur à socio, & in d. l. maritus, gl. 1. Itaq; omne de-
bitū ex causa onerosa, licet posterius deduci de-
bet, & solui prius, quā promissum ex causa dona-
tionis, licet donatio sit prior & cū hypotheca bo-
norum, quia causa onerosa præferatur lucratiua,
quia d. versio. quoque, generaliter & indistincte lo-
quitur de quocunque ære alieno siue prioris siue
posterioris: Ergo generaliter debet intelligi, quia
quod lex non distinguit, &c. Nam si de ære alieno
priori deducendo tantum intelligeretur text. ille,
nullum dubium haberet, contra l. quod Labeeus, ff. de
Carbon. edit. Ergo de omni debito debet intelligi
ex causa onerosa siue prioris siue posterioris. Pro
quo etiam pondero d. versio. quoque, ibi, & inter
eos, quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis
potior erit causa, &c. Nam cum text. ille in his ver-
bis expresse probat, inter donatarios non esse
inspiciendam prioritatem, nec posterioritatem
donationis in conueniendi donatore, sed occupa-
ntis potioerem esse causam, & in debitore ex
causa onerosa, textus ille in verbis præcedenti-
bus disposuisset, quod eius debitum & reliquum

æ alienum deducatur, antequam soluatur dona-
tio, consequens est manifestum, vt siue æs alienum
sit posterius, donatione siue prius, deducendum
omnino sit, antequam soluatur donatio. Pro
quo etiam adduco optimum textum in dicta l. &
exheredandum, ff. de re iudic. vbi probatur expresse,
quod donator conuenitur deducto omni ære ali-
eno. Et supradicta procedunt, etiam si donatio
contineat obligationem cum hypotheca bono-
rum, quia ipsa hypotheca est accessoria, & non
debet habere efficaciorē substantiam atque na-
turam, quam principalis obligatio, nec ipsam de-
bet alterare: sed principalis obligatio donati-
onis & ipsius natura est, vt soluatur post omnia de-
bita ex causa onerosa procedentia, quia donatio
procedit ex mera liberalitate & causa lucratiua.
Ergo hypotheca adiecta promissioni donationis,
non debet mutare qualitatem & substantiam ip-
sius, imo secundo eandem intelligi, arg. l. fin. cum
materia, C. de non numer. pecun.

21 Pro ¶ quo etiam facta vix ex 26. fallentiis,
quas Rip. tradit ad d. reg. qui prior, in l. privilegia,
num. 19. & seq. ff. de privileg. credit. vbi num. 23. in-
quit, quod regula illa non procedit, quando con-
stat de credito posteriori per veram numeratio-
nem, quia tunc præferitur priori, de cuius credito
constat per solam confessionem, per gl. 1. in l. di-
uersis, C. qui pot. in pign. hab. vbi gl. intelligit text.
ibi probantem, quod in re duobus iure pignoris
obligata diuersis temporibus præferatur prior,
vt hoc procedat, quando res data fuit primo iure
pignoris. Itaque colligitur ibi Bal. & Ang. ex illa
gl. quod non sufficit confessio debitoris dicen-
tis, se recepisse pecuniam à primo creditore, vt
ipse præferatur ratione hypothecæ secundo etiam
hypothecam habenti, nisi constet, quod realiter
fuit data ea pecunia à primo creditore, & ideo
consulunt ipsi, quod faciat creditor apponi in in-
strumento, quod debitor fuit confessus recepisse
pecuniam, & quod habuit & recepit in presen-
tia notarij & testium, & sic præferatur omnibus
aliis habentibus nudam confessionem tantum, &
hanc fallentiam sequitur Rip. vbi supra, dicens
esse æquam, & aduertit idem quod Bald. & Ang.
licet dicat, quod iura, quæ allegat pro ea, non
probant. Hanc eandem fallentiam sequitur etiam
Greg. Lop. in l. 27. gl. 1. ad fin. versio. signanter nota,
tit. 15. part. 5. & Tiraquell. de viroque retrat. tit. 1.
§. 1. gl. 18. num. 8. fol. 120. col. 2. Ergo si in duobus
creditibus cum hypotheca procedentibus ex causa
onerosa præferatur posterius primo, quando non
constat de vera numeratione primi, sed secundi,
à fortiori dicendum est in nostro casu, vt debita
ex causa onerosa posteriori præferantur dona-
tionis priori habenti etiam hypothecam expres-
sam, cum in donatione nulla numeratio ex parte
creditoris interueniat, quia donatio est gratuita
& mera liberalitas.

22 Vnde ¶ inferitur, quod hoc procederet etiam si
de debitis posterioribus ex causa onerosa non
constet per veram numerationem, sed per con-
fessionem tantum, quia in donatione constat,
quod donans nihil recepit, de debitis autem con-
stat, quod debitor recepit, licet per confessionem
suam tantum, quia hæc confessio cum renuntia-
tione non numeratæ pecuniæ idem operatur,
quod vera numeratio, iuxta l. 9. tit. 1. part. 5. Ergo
hæc confessio cum renuntiatione debet præferri
donationi priori, quandoquidem ob illam ni-
hil recepit donans, quia si recepisset, iam non

diceretur donatio gratuita; de qua nos lo-
quimur.

Tertio ¶ & principaliter pro hac eadem opi-
nione, quod debita ex causa onerosa posteriora
præferantur donationi priori non tradit, allego
optimum text. in l. fin. §. Lucius, digest. de don. vbi
quidam donauit Marcio fundum, & ante tradi-
tionem post paucos dies eundem fundum Scio
pignori obligauit, postea prædictum fundum tra-
didit Marcio, cui illum prius donauerat: dabatur
in casu illius text. in donatio perfecta sit. Res-
ponder text. perfectam quidem esse donationem
per traditionem, verum creditorem licet poste-
riorem siueam pignoris obligationem habere, &
inquit gloss. 2. ibi, quod prædictus donator potuit
post donationem fundum alij obligare, vt pote
dominus ipsius ante traditionem, quia per solam
donationem absque traditione non definit esse
dominus. Ecce igitur text. fortius probantem su-
pradictam opinionem. Nam ibi præcessit specia-
lis donatio fundi, & postea subsecuta fuit ipsius
obligatio in fauorem alterius, & postremo tradi-
tio ipsius fundi facta donatario, qui habebat prius
ius, & nihilominus creditor posterior habet si-
mam suam pignoris obligationem: Ergo idem
erit à fortiori dicendum, quando donatio præce-
dens non fuit certæ speciei, sed quæ quantitas, &
antequam tradatur & soluatur quantitas illa do-
natio, occurrunt creditores ex causa onerosa
ad petenda sua debita, præcipue cum ipse dona-
tor posset allegare, quod ex causa donationis non
potest conueniri, nisi in quantum facere potest
deducto ne egeat, & omni ære alieno, per supra-
dicta in princ. huius artic. allegata.

Pro hac eadem opinione accedit expositio
Bart. in d. paragr. Lucius, in princ. ante n. 1. qui verba
illius text. donans, exponit, id est, ex causa dona-
tionis obligauit vel promisit. Ecce igitur qualiter
in hoc Bart. intelligit illum text. & præsupponit,
quod fundus ibi fuit expresse obligatus pro dona-
tione ipsi donatario: Ergo nihil facit, quod do-
nataris habeat obligationē & hypothecam specia-
lem vel generalem pro sua donatione, ad hoc
vt præferatur creditoribus posterioribus ex causa
onerosa, quia hoc non obstant præferuntur cre-
ditores, quia proprie creditores sunt, donata-
rius vero non, quia nihil dedit donatori.

Quarto pro hac opinione allego bonam gl. in
l. 1. verb. perfectam, C. de iur. fife. lib. 10. quæ habet,
quod licet donatio dicatur perfecta ante tradi-
tionem, vt in paragr. alie, Insti. de donat. tamen in
nostro proposito non dicitur perfecta antequam
tradatur, scilicet ad hunc effectum, vt non cadat
res donata in obligationem, quia si tradita non
est bene cadit, & potest obligari. Quam gl. ad hoc
expresse notat ibi Bart. n. 9. allegans pro ea d. l. fin.
paragr. socius, digest. de donat. & dicit, quod altero
die habuit hanc questionem de facto: notat
etiam illam glad. idem Ioan. de Plat. ibi, n. 3. vbi
pro ea allegat eundem §. Lucius, dicens, quod res
alteri donata ante traditionem potest alteri obli-
gari, cum adhuc donator sit dominus, per dist.
paragr. Lucius. Et sic patet, quod per traditionem
perficitur donatio quoad obligationem, vt dona-
tor obligetur donatario ad tradendum, & per tradi-
tionem perficitur quoad dominij translatio-
nem, per gloss. ibi, & debet probare donataris
rem ante donatam & traditam, alias caderet in
obligationem, vt in d. paragr. Lucius. Hæcenus
ille: sequitur Celsus Hugo conf. 33. n. 2. & conf. 38.
n. 6.

n.6. & 8. & conf. 100. n. 13. vbi etiam allegat text. in l. 3. & ibi Bart. de seru. ex port. & alios Dd. idem Cels. conf. 100. n. 10. & conf. 104. n. 2. vbi affirmat, quod in facti contingentia ita semper tenuit: vltra quem ita tenet per d. S. Lucius, Dec. conf. 239. n. 7. & seq. vbi limitat, quando donator se constituit nomine donatarij possidere, quia per hanc clausulam constituit transferretur possessio, & sic non potest postea bona donata obligare. Item limitat in casu l. quoties, C. de donat. que sub mod. Ideo videndus est omnino, idem tenet Chassan. conf. 53. num. 51. sequitur nos citans nouissime in hoc loco Velazq. in l. 21. Tauri, gloss. i. num. 14. vbi refert omnes supra à nobis allegatos, & Pelacz. de maior. 1. part. quest. 24. num. 35. inde inferens ex eisdem, melioratum ex contractu vsque ad mortem reuocabili teneri ad debita meliorantis, etiam post prædictam meliorationem contracta, tamen si aliud velit nouissime oblitus gl. prædictæ & auctorum supra citatorum, Felician. de Solis lib. 3. de consub. c. 5. n. 24.

24 Quinto & vltimo ¶ pro hac eadem opinione allego l. 2. 1. Tauri, quæ hodie est l. 5. tit. 6. lib. 5. nou. recop. Reg. vbi dicitur & disponitur; Que el hijo, o otra qualquier descendiente legitimo mejorado en tercio y quinto de los bienes de su padre, o madre, o abuelos que puedan, si quisieren, repudiar la herencia de su padre, o madre, o abuelos, y aceptar la dicha mejora, con tanto que sean primero pagadas las deudas del difunto, y facadas pro rata de la dicha mejora las que al tiempo de la partija pareciere, y por las otras que despuës pareciere, sean obligados a las pagar pro rata de la dicha mejora de tercio y quinto. Ecce igitur legitima expressam, vbi probatur, quod antequam deducatur donatio tertij & quinti, debent solui omnia debita: quod intelligendum est de melioratione reuocabili, tunc enim omnia debita: in distincte deducenda sunt. Nam si esset melioratio irrevocabilis, vt in casibus l. 17. Tauri, profecto debita ante huiusmodi meliorationem contracta essent deducenda, non vero postea causata, vt late resolimus nouissime in nostro lib. 2. præll. questionum. q. 53. per tot. Nec obstat si dicatur, quod lex illa loquitur in melioratione, quæ fit in testamento, non vero per contractum inter viuos, quia respondeo, quod loquitur indistincte & generaliter in quacûq; melioratione tertij & quinti, & non exprimit, quod fiat per testamentum, nec per contractum inter viuos, imo quocûq; modo fiat, debet intelligi lex illa, cum præcedentes & sequentes loquantur de vtraque melioratione, quæ fit per contractum inter viuos & per testamentum. Item quia nemo sanæ mentis diceret, quod si quis esset melioratus per contractum inter viuos reuocabilem, non teneretur ad debita defuncti pro rata meliorationis, quia esset contra legem Regiæ expressam, maxime stante l. 26. Tauri, quæ hodie est l. 10. tit. 6. lib. 5. noua recop. Reg. quæ cauetur? Que si el padre, o la madre en testamento, o en otra qualquiera vltima voluntad, o por algun contrato entre hijos, si quisieren alguna donacion a alguno de sus hijos o descendientes aunque no diga que lo mejoran en el tercio, o en el quinto, entiendase que lo mejoran en el tercio y quinto de sus bienes en lo que cupiere, &c. Sed melioratus in tertio & quinto tenetur soluere debita pro rata, vt in d. l. 5. noua recop. legitur & filius, cui fit donatio per vltimam voluntatem vel per contractum inter viuos, licet nõ exprimat melioratio. Si igitur hoc in filiis & aliis descendentibus, quibus fit donatio

per ascendentes, statutum est, vt teneantur soluere debita defuncti pro rata denuntiationis, etiam si non sint heredes ipsorum parentum, idem à fortiori venit dicendum in extraneis, quibus fit donatio. Et istum casum ter habui in practica, tam coram iudice seculari, quam Ecclesiastico huius ciuitatis, & fui in omnibus supradictis tribus causis aduocatus creditoris posterioris, & allegati contra donatarium, qui habebat ius donationis prius in tempore, & per scripturam publicam, cum hypotheca expressa bonorum, aliquas leges ex luptadictis, præcipue d. l. inter eos, versic. is quoque, & non ceteras allegationes, quia eas tunc non inueneram, nec vsquam vidi, nec habui articulum hunc ita copiose examinatum sicut nunc. Et tandem in præd. trib. casibus obtinui semper, & prolata fuerunt sententiæ in fauorem mearum partium aduersus donatarios, scil. vt debita procedentia ex causa onerosa præferrentur donationi etiam priori, & cum hypotheca bonorum, per d. l. inter eos, versic. is quoque.

Imo ¶ quod magis esse videtur, duæ ex supra dictis causis versabantur circa dotem promissam per fratres fororibus, & earum maritis cum hypotheca bonorum, & cum dicti mariti peterent præd. dotes, alij creditores fratrum posteriores ex causa tamen onerosa, opposuerunt se executionibus petitis per maritos, & allegabant præferendos esse donationibus prioribus, etiam habentibus hypothecas, per supra. & quia frater non tenebatur dotare sororem, & extraneus dotando videtur donare, & sic erat donatio in effectu, vt in l. vn. §. accedit, C. de rei vx. alt. Et in vers. extraneum d. §. accedit, dicitur, quod extraneus in hac materia intelligitur citra patrem per virilem sexum ascendens, & in potestate dotandam personam habens: idem etiam probat text. in l. si extraneus, ff. de iur. dot. scilicet quod extraneus dotando, si nihil aliud conuenit, videtur donare, & non conueniatur vltra quam facere possit.

Et ¶ quod dotis constitutio facta alij quam filia, dicatur mera donatio, etiam si fiat à fratre, tenet & bene probat plures allegans Baec. in tract. de non melior. rat. dot. fil. c. 12. n. 35. fol. 98.

Ergo ¶ cum extraneus dotando videtur donare, & non possit conueniri vltra quam facere possit, consequens est, vt etiam debeat deduci prius omne æs alienum per omnia supradicta. Et ita obtinui, quod in dotib. promissis per fratres fororibus, & earum maritis, antequam soluantur, præferantur alia debita ex causa onerosa, etiam posteriora. Quod ipse existimarem procedere tantum, quando fratres non tenerent dotare sorores, prout est regulare: secus vero quando fratres ad id tenerentur, vt quia sorores essent pauperes & vtrique coniunctæ, fratres autem diuites, quia hoc casu cum frater tenetur dotare sororem, iuxta l. cum plures, §. cum in tot. ff. de adm. nist. tut. & ibi gl. verb. alio patre, id. in. communitur per Dd. in diuersis locis approbata, quos nunc omitto, & in l. 18. tit. 16. par. 6. Et ibi Greg. Lop. non videbitur donare, quia nemo in necessitatibus liberalis existit, vt in l. rem legatam, in fin. Et ibi gloss. alia iura concordantia allegat, ff. de adm. nist. legat. Et cum non fit donatio, sed debiti solutio, conueniatur frater hoc casu in solidum, & non deducatur æs alienum, nisi illud, quod prius fuerit, & cum hypotheca bonorum.

Restant modo duæ ¶ difficultates contra eas, quæ dicta sunt supra de extraneo dotante. Nam videtur,

videtur, quod in solidum continendus sit, ac per consequens, non gaudeat beneficio illo, de quo agimus, ne se conueniatur vltra quam facere potest, nec deducatur æs alienum, contra iura supra allegata, scil. d. l. si extraneus, & l. vn. §. accedit. Prima difficultas est ex text. in l. ex promissione. ff. de alt. & oblig. in prin. vbi inquit text. Ex promissione dotis non videtur lucratiua causa esse, sed quodam modo creditor aut emptor intelligitur, qui dotem petit, dos namque datur pro oneribus matrimonij subsistentibus, vt in l. pro oneribus, C. de iur. dot. Ergo cum dos non dicatur lucratiua causa sed onerosa, consequens est, vt suprad. ampliatio de dote locum non habeat.

Sed huic difficultati respondeo, quod d. l. ex promissione, debet intelligi ex parte mariti petentis dotem sibi promissam, quia ipse ex causa onerosa matrimonij & non lucratiua petit, & ita, cum mysterio loquitur text. ille in illo qui petit dotem, non vero in dotante extraneo, quia ipse cum ad id non teneatur, ex mera liberalitate facit, ac per consequens respectu ipsius ex causa lucratiua, & proinde videtur donare, & non potest conueniri vltra quam facere possit, deducto ne egeret & æt alieno. Et in hoc casu loquuntur & intelliguntur priora iura, & hæc est vera concordia & literalis meo iudicio.

29 Secunda & principalis ¶ difficultas est ex text. in l. Nefemius, in prin. ff. de iudic. vbi probatur, quod si te mihi donare volentem delegauero creditori meo, vel si mulieri donaturus, marito eius dotem promiserit, erit conueniendus in solidum, non obstante, quod ex causa donationis fueris obligatus & conueniatur. Secundo allego contra suprad. text. difficilem in l. pen. ff. de iur. dot. vbi probatur expresse, quod extraneus promittens dotem, non est conueniendus in quantum facere potest, nec habet hoc beneficium. Ergo contra prædicta omnia in hoc articulo de donatione & dotis promissione. Quid dicendum? Certe terribilis difficultas est hæc: glo. in d. l. si extraneus, versic. quod facere possit, dicit, quod in legib. contrariis nunc proxime allegatis, promissor iam erat factus debitor mulieris, & ideo ibi imputatur viro, si non exigerat. Sed in d. l. si extraneus, non: glo. in d. l. Nefemius, verb. similis, soluit alio modo, scilicet quod in d. l. extraneus, iam soluto matrimonio mulier contra virum agit, qui non exegerat, in d. l. Nefemius, ver. agebat. Sed hæc solutiones, & alia assignata per Dd. diuinant & sunt periculose, vt inquit Alexand. in d. l. Nefemius, in prin. num. 2. Et inquit additio Ias. in §. sed & si quis. num. 9. littera D. Institus. de altio. quod hæc contrarietas est fere indissolubilis, scilicet d. l. si extraneus, ex vna parte, & d. l. Nefemius, & d. l. penult. ex alia, & quod sibi adeo videtur leges ille ex diametro pugnare, vt dicat, quod multa in iure contraria reperiuntur, quæ diuinando conciliantur propter auctoritatem Imperatoris, de qua in §. quibus, in prima constitutione C. & in leg. a. §. contrarium, C. de vet. iur. encl. Et tandem relinquunt cogitandum super hæc contrarietate.

Sed meo iudicio potest dupliciter responderi ad d. leg. Nefemius. Primo, quod ideo ibi illud, quia volebat promittere ex causa donationis mihi, vel mulieri, fuit delegatus creditori, vel marito pro dote mulieris, itaque promissor hoc casu, licet ex causa donationis teneatur, ipse ex delegatione donatarij transfundit hanc obligationem donationis in aliam, quæ tenebatur donatario alteri

tertio, scilicet creditori suo vel marito, vt constat aperte ex illo text. Et sic mutatione personarum mutatur qualitas, hoc est, exceptio, quæ erat tantum personalis, id est, respectu illius cui fuit facta donatio. Nam iure non habemus expressum, quod donator vel extraneus dotis promissor habeat beneficium ne conueniatur vltra quam facere potest, nisi tantum respectu eius personæ, cui ipse fecit donationem vel dotem promissit: Et in hoc casu loquitur d. l. si extraneus, cum simil. Ergo si donator vel dotis promissor extraneus, quod donauit vel dotis nomine promissit vel promissurus erat vni personæ, alteri nomine ipsius, & ex ipsius delegatione promiserit, iam cessat priuilegium supradictum: & in hoc casu procedit d. l. Nefemius, in prin. quia ei videtur renuntiare promittendo ex delegatione alteri.

Pro quo allego ¶ optimum text. in argum. 30 tum, in l. si quis delegauerit, ff. de nouat. vbi probatur, quod si quis et creditori suo delegauerit debitorem, qui doli mali exceptione tueri se posse sciebat, videtur similis ei, qui donat, hoc est, videtur remittere illam exceptionem, & ea vni non potest aduersus cessionarium, quantum ignoranter ei promiserit, quia cessionarius suum recipit, licet hoc casu, quando debitor delegatus ignorans sibi competere d. exceptionem, promissit cessionario, competat sibi ius aduersus delegantem pro conditione illius quod soluit: idem probat l. 19. tit. 14. par. 5.

Ex quo inferit ¶ eleganter Matth. de Affl. decis. 31 Neapol. 74. quod exceptio declinatoria competens debitori contra creditorem, non competit contra cessionarium creditotis ex causa onerosa. Ergo ita in proposito dicendum est, quod cum donator hic promiserit alteri ex delegatione donatarij, sciens sibi competere illud priuilegium ne conueniatur, &c. videatur illi renuntiare, & non possit eo vti aduersus cessionarium, maxime, quia beneficium hoc est personale, vt dixi: Et hic meo iudicio est verus intellectus, ad d. l. Nefemius, in prin. ne oblit supradictis omnibus. Secundo modo potest responderi difficultati huic ex mente Angel. in l. sed hoc ita, ff. de re iudic. & Ioan. de Plat. in d. §. sed & si quis, Institus. de alt. quod in dict. l. Nefemius, dos erat mansura ex pacto penes maritum soluto matrimonio: quod videtur probari ex illo text. ibi. Et quid de eo, qui pro muliere, qui donare volebat marito eius dotem promiserit. Ergo cum hoc casu dotis promissio non sit in fauorem mulieris soluto matrimonio, cui ipse donare volebat, sed mariti, & ex causa matrimonij, consequens est, vt non conueniatur dotis promissor à marito in quantum facere potest, sed in solidum. Nec obstat vers. ille d. l. Nefemius, maxime si constante matrimonio petat, sc. maritus, quia idem est, si eo soluto petat, vt inquit gl. ibi, verb. si constante, licet lex quam allegat, non probet, quia loquitur in alio casu, nam dictio, illa, maxime est implicita, vt notat gl. in l. illud, ff. ad l. Aquil. Et sic inuincit non esse differentiam, an agatur constante matrimonio vel eo soluto. Ex quo etiam probatur hic secundus intellectus in illo text. quia si soluto matrimonio maritus ibi dotem petere potest, videtur, quod ex pacto sibi acquiratur, nam alias non posset dotem petere, cum imo si sibi soluta antea fuisset constante matrimonio, eo soluto reddere teneatur, vt per totum C. & ff. solut. marr. Sed nihilominus prior intellectus & solutio ex his duabus

bus proxime positus venior & planior est ad hæc iura, & hunc secundum videtur reprobare, licet non bene Alex. ubi supra.

32. Modo si supereft vnus scrupulus, quia nullus horum intellectuum satisfaciunt d. l. penult. ff. de iure dot. que generaliter & indistincte probat, extraneum dotis promissorem semper esse verum, vt in solidum conueniatur. Certe terribilis est textus ille, & qui videtur destruere vno verbo plures alias leges. Ideo vt euetur legum correctio: & vt iura iuribus concordentur, præcipue, quia non est præsumendum, quod vno icu voluerit Iurisconsultus tot leg. corrigere, maxime dist. leg. extraneus, quæ est in eodem tit. de iur. dot. Nec etiam est præsumendum, quod esset immemor illius leg. tum etiam, quia est alia lex recentior, quæ habet, quod extraneus dotando videtur donare, vt in dist. leg. vnic. s. accedit, Cod. de rei vtor. at. & donator non conuenitur vltra quam facere potest, vt in supradictis iuribus probatur, & nouissime in dicto s. sed & si quis, Institur. de alt. & iure Regio, in d. l. 4. tit. 4. par. 5. dicendum est, quod d. l. penultim. debeat limitari & intelligi per alia iura in proposito loquentia vel quod non loquatur in extraneo donante, licet dotet, quia esset debitor alias mulieris. Et ita in illo text. non fit mentio donationis, sicut fit in dist. l. si extraneus, vel quod loquatur in extraneo dotante ex delegatione mulieris, iuxta dispositionem dist. l. Nefennius. Fateor quod dist. l. penultim. indistincte & generaliter loquitur, tamen sic oportet eam intelligi rationibus supradictis: & ita remanet satisfactum his difficultatibus, tamen si propter hanc vltimam l. penultim. digest. de iure iur. dot. cui non sufficienter fuit responsum, forte frequentius in praxi aliud pronuntiabitur probabiliter, & non sine ratione, nempe in specie de qua supra n. 25.

Ex supradictis omnibus in donatore, quod habeat hoc priuilegium, ne conueniatur vltra, quam facere possit deducto ne egeat & ære alieno, inferitur, quod hoc procedit in donatione promissa & non soluta, nec tradita.

33. Vnde si inferitur, quod si res donata vel quantitas fuisset tradita vel soluta, non haberent locum supradicta: ita in terminis tenet alios allegans Dom. Anton. de Padil. in l. preses p. yuincia, num. 5. Cod. de seruis. & ag. Que limitatio sublimitatur in casu dist. l. 21. Taur. quia ibi filius vel alius descendens melioratus in tertio vel quinto, quamuis sit sibi tradita possessio meliorationis, iuxta l. 17. Tauri, tenebitur ad debita defuncti pro rata, vt probat ipsa lex dum dicit, Que seu obligado apagar las deudas que parecieren al tiempo de la particion pro rata, y las que despus de hecha parecieren tambien. Cuius ratio est, quia tertium & quintum æstimatur secundum valorem bonorum tempore mortis defuncti, vt in pluribus legibus Tauri cauetur, præcipue in leg. 23. Taur. Sed bona non dicuntur, nisi deducto ære alieno, vt in leg. subsignatum, s. bona, ff. de verb. signif. At vero in aliis donationibus extra meliorationem tertij & quinti, secus est, quia in illis non attenditur valor bonorum tempore mortis donatoris, quamuis si sit inofficiosa, possit reuocari: & hæc sit prima limitatio ad supradicta: intellige tamen dist. l. 21. de debitis contractis ante meliorationem irrevocabilem, secus de contractis post meliorationem irrevocabilem, vt aduertimus supra in additione super n. 24.

Secundo supradicta de hoc si priuilegio competentis donatori, ne conueniatur, &c. limitantur in donatione ob causam vel remuneratoria, quæ est ob causam, quia donatio ob causam non est donatio, sed potius quædam permutatio, vt probat text. in l. sed & si leges, consilium in ver. vult genus quoddam hoc esse permutacionis, ff. de per. hared. Et in permutata hoc priuilegium non inuenitur iure expressum, nec concessum: Igitur, &c. Et ita hanc opinionem tenet las. in d. l. inter eos, num. 4. ff. de re iudic. & idem las. in dist. s. sed & si quis, num. 8. Institur. de alt. & Tiraq. alios allegans in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 58. & 144. Cod. de reuoc. donat. Quæ opinio pluribus fundamentis comprobari poterat, præcipue text. in l. Atrilius, Regulus, ff. de donat. & ex aliis pluribus similibus, quæ nunc omitto, quia plus debito me extendi in hoc cap. sed parcendum esse mihi propter materiz vtilitatem & difficultatem.

34. Sed contra hanc secundam limitationem adest difficultas, quia promittens pro dote, promittit ob causam, vt nuptiæ sequantur, & vt onera matrimonij sustineantur, vt in l. si donaturus, digest. de cond. caus. dat. & c. in d. l. pro oneribus, C. de iur. dot. & in d. l. ex promissione, ff. de alt. & oblig. cum similibus. Et tamen extraneus dotas habet beneficium, ne conueniatur vltra quam facere potest, &c. vt in d. l. si extraneus, ff. de iur. dot. cum similibus. Igitur, &c. Hanc difficultatem soluit Ang. & Ioan. de Platea ubi supra modo quo dixi in secundo intellectu ad d. l. Nefennius, sed illa solutio non eneruat hanc difficultatem, quia etiam si dos non sit remanens penes virum soluto matrimonio, nihilominus promittitur, vt matrimonium contrahatur, & vt sustineantur onera ipsius, vt modo diximus, igitur est ob causam. Si est ob causam, dotans non habet suprad. beneficium, secundum limitationem præfatam, aut illa limit. non potest procedere: Quid dicendum, Vera solutio huius difficultatis esse mihi videtur, quam tradit las. ubi sup. vt suprad. 2. limitat. vera sit & procedat, quando datur ob causam concernentem fauorem dantis, puta do tibi centum vt adifices mihi domum, tunc enim est magis negotium, quam liberalitas, vt in l. Atrius ff. de donat. secus autem si datur ob causam respicientem tantum fauorem recipientis & non dantis, ita quod in nihilo esset vtilitas danti, puta, do, siue dono tibi centum, vt emas tibi domum, vel sic do in promitto tibi centum in dotem, vt cum tali muliere contrahas matrimonium, cum tamen ipse sit extraneus, qui non teneor dotare, quia quamuis ista sit donatio ob causam respectu recipientis, tamen quia ergo non teneor dare, siue dotare, & inde nullam habeo vtilitatem, & sic respectu mei est mera liberalitas, nihil mirum, si donans hoc casu habeat præd. beneficium, & isto casu loquitur d. l. si extraneus, ff. de iur. dot. Ex quibus remanet sublimitata vno casu suprad. 2. limitatio conclusionis principalis.

35. Secundo modo sublimitatur si supradict. 2. limitatio principalis, vt non procedat, quando donatio ob causam etiam concernens fauorem dantis, excederet ipsam causam, & sic esset maior quam causa, quia tunc ille excessus censetur mera donatio & liberalitas, vt in l. si sponsus, s. circa, ff. de don. int. vir. & vxor. & pro illo excessu habebit donator beneficium suprad. ne conueniatur vltra, quam facere possit: ita declarat las. in d. s. sed & si quis

quis. Et mihi videtur vera declaratio, & tenenda, quia rationi & iuri congruit.

37. Penultimo si hæc exceptio, vt quis non conueniatur vltra quam facere potest, opponi potest semper, & quandoque petente iudicio, imo & post sententiam quæ transiit in rem iudicatam, quia exceptio quæ non perimit in totum sententiam, sed venit ad ipsius moderationem & remissionem, prout est ista, potest quandoque opponi, etiam post sententiam in executione ipsius, vt in d. l. Nefennius, s. si ff. de re iud. & in l. & ex diverso, s. si ff. de iur. D. ff. fol. mar. tradunt etiam gl. & DD. in l. 1. C. de iur. & fact. ign. sequitur nos hic citans D. Azcu. ubi supra num. 68.

38. Vltimo deueniendo si ad nostrum articulum de iuramento in hac materia societatis, an socius qui promisit sociis suis integre soluere, seu nullam iuris vel facti exceptionem opponere, & ita iuravit gaudeat illo beneficio ne conueniatur vltra quam facere possit, videndus est omnino Alex. conf. 133. vol. 5. per totum cons. ubi concludit, quod non etiam non opposuisset iuramentum per plura fundamenta quæ faciunt, præterquam in marito, quia ei competit hoc priuilegium ratione reuerentiæ sibi debita per vxorem, & ideo ei maritus renuntiare non potest, iuxta text. in l. alia, s. legatur ff. solut. mar. Inquit tamen Alex. ubi supra, num. 11. eo fortius non habiturum socium prædict. beneficium, si iurauerit prædict. conuenientem, quod ipse probat ex pluribus iuris dispositionibus, quæ magnam vim & robur tribuunt renuntiationi & dispositioni iurata, quæ & alias plures nos supra capitibus præcedentibus præcipue in 1. parti. huius tractatus adduximus, & ideo hic iteum eas non refero. Eandem opin. de iuramento in terminis tenet Palat. Rub. in rep. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. s. fin. num. 22. & seq. vbi bene probat, tenet & sequitur Alexandrum referens Marc. Anto. Boetius in tractatu de vir. & virib. iuram. num. 12. vol. 5. tract. diuers. D. fol. 20. & Greg. Lop. in d. l. 1. s. tit. 10. parti. 5. in glof. A la compañía. Et ita est tenendum, per que idem ipse intelligo & teneo in donatore suprad. modo cum iuramento promittente, & in aliis personis habentibus hoc beneficium, quibus non ratione reuerentiæ conceditur, sed particulari alio priuilegio: Et an in marito renuntiantem cum iuramento supra dicto priuilegio hæc decisio Alex. locum habeat, dixi supra in 1. par. cap. 16. num. 49. cum his finem impono huic c. ad laudem & gloriam omnipotentis Dei. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissio generaliter non habet locum in contractibus.
- 2 L. 1. tit. 17. lib. 8. ordin. vet. intellectus.
- 3 Remissio habet locum in contractibus, quando contrahens destinavit in certo loco solutionem, & ibi se presentare personaliter promisit.
- 4 Renuntiatio proprii fori operatur, vt in contractibus habeat locum remissio.
- 5 Remissio habet locum in contractibus, quando debitor cum iuramento promisit se ligaturum vel responsum in loco contractus.
- 6 Iuramentum, quod tantum accedit ad confirmationem contractus, non operatur, vt remissio in eia locum habeat.

De foro, quod quis sortitur ratione contractus.

RATIONE si contractus sortitur quis forum, si ibi inueniatur, alias secus, quia in contractibus non habet locum remissio regulariter ita probat expresse text. in c. Romana, s. contrahentes, de for. comp. libr. 6. quo in loco, & in cap. fin. de for. comp. idem omnes DD. tenent, gl. & DD. in l. hares absens, s. 1. ff. de iud. Et hæc est magis communis opin. vt cum Soc. & aliis testatur Bern. Diaz. de Lugo in reg. 642. in prin. Et testatur communem Auil. in c. 27. par. in gl. Entre quen, n. 16. fol. 209.

Sed contra si hanc sententiam adest l. quædam Regia 1. tit. 17. lib. 8. ord. vet. que ita se habet: Mandamos, que qualesquier malhechores, o deudores, pue dan ser y sean sacados de qualesquier villas y lugares, y castillos, y fortalezas, aunque sean privilegiados, assi delo realengo y señorio, como de lo abadengo, y maestrazgos, o priorazgos: y que sean remitidos los tales malhechores, para que dellor se haga justicia a las ciudades, villas, y lugares donde delinquieren, o fizieron la deuda, y contrato, no embargantes qualesquier priuilegios, o exenciones que de nos, o de los Reyes nuestros progenitores tengan. Hæc lancilex expressa videtur, vt debitor ex contractu remitti debeat ad locum contractus, & videtur correcte supradict. communis sententia per illam l. de iure Regio. Inuenio, quod Petr. Nuñez de Auil. in 2. par. capitulum prator. c. 7. num. 9. inquit, quod hodie potest practitari, vt in contractibus fiat remissio, quia creditor habet ius in persona debitoris, vt sibi seruiat cum argolla, & etiam per d. l. 1. tit. 17. lib. 8. ordi. Sed hæc opin. mihi non placet, quia non est inducenda correctio iuris communis. Nec ad rem facit, quod creditor habeat ius in persona debitoris, vt seruiat cum argolla, quia per hoc non inducitur, correctio iuris communis, quod prohibet remissionem fieri in contractibus, quia hoc ius habet creditor, si debitor in loco contractus inueniatur, ita quod cum eo possit expectari, alias non debet ibi ex alio loco remitti. Quare Mont. in gl. d. l. ordi. in parte contrahentes, & cum referens Auil. ubi supra, d. n. 16. & 17. respondet illi legi ne obster supra dictæ communi sententiæ probatæ in d. s. contrahentes, quod dist. l. Regia solum habet locum in suo casu, cum contrahentes in fraudem contractus fugiunt & receptantur. Et hic intellectus, licet illa Regia generaliter loquatur, potest probari ex ipsamet l. ibi: Puedan ser y sean sacados, &c. & ibi, T que sean remitidos, quib. verbis aperte demonstratur, quod debitores fugerunt in fraudem contractus ad loca tuta & privilegiata, existimantes inde extrahendos minime fore. Et probatur apertius idem intellectus ex l. 4. eiusdem tit. ibi, Ni deudores que buyeren por no pagar a sus acreedores, vbi habet locum remissio in contractibus, quando debitor fugit in fraudem creditorum. Et quod hic intellectus sit verissimus & tenendus, probatur hodie nouissime ex noua recopilacione legum huius regni, nam d. l. 1. Regia ponit hodie ad literam in l. 1. tit. 16. lib. 8. non. recopil. Reg. de qua l. antiqua fuerunt sublata verba illa, quæ de remissione debitorum ad locum contractus erant posita, scil. illa verba, O fizieron la deuda y contrato, que hodie non

ponuntur in d. l. 1. non recop. videntes recopilatores esse verba nimis generalia, & quæ aliquantulum offendebant ius commune suprad. & tamen in l. 2. dict. tit. 16. lib. 8. non recop. apposta fuit tota d. l. d. 4. tit. 17. lib. 8. ordin. ver. vbi permittitur remissio in contractibus, quando debitores fugerunt in fraudem creditorum, vnde de primo ad vltimū refultat & inferitur, quod per d. l. nouas Regias approbatur intellectus Montal. supradict. Et ita est tenendum resolutiue in hac materia, quod regulariter non habeat locum remissio in contractibus, nisi probetur, quod debitor fugerit ne solueret suis creditoribus, & sic in eorum fraudem. Neque obstat, quod secundum intellectum præd. Mont. quem probauimus, videtur superflua dispositio d. l. 2. respondemus, namque d. l. 1. agere tantum de malefactoribus & debitoribus fugientibus ad loca rura & priuilegiata in fraudem suorum creditorum, & in decisione circa remissionem faciendam solum prosequitur in malefactoribus: At d. l. 2. prohibet receptionem fieri omnium prædict. sub penis ibi expressis, & præterea receptoribus præcipit, vt requisiti a iudice delicti vel debitoris, eos statim tradant sub eisdem penis: Nihil igitur superfluit in prædict. legib. sed omnia ab eis disposita necessaria sunt atque diuersa. Nec mihi placet alius intellectus ad d. l. 1. assignatus nouissime post huius operis tertiam editionem per D. Azeu. in l. 1. num. 55. & 56. tit. 21. lib. 4. non collect. Reg. n. empe, vt intelligatur in debitore ex delicto, non vero ex contractu, dicitur nos hic hanc intellectum non possuisse, sed transisse cum intellectu Montal. Sed hic nouissimus intellectus conciuus mei stare non potest, ianquam diuinatorius & contrarius literæ originali d. l. 1. suprad. n. 2. At vero intellectus Mont. quem sequuti sumus, verissimus est & præfata literæ conciuus, & sic est tenendus Tandem idem Azeued. d. n. 56. ibi, vel si legem illam, &c. nostrum præd. intellectum probare videtur, dum dicit, quod si d. l. 1. in debitore ex contractu intelligeret, necessario veni intelligenda in casibus, in quibus de iure esset locus remissioni in contractibus. Sed hic de quo agimus est huiusmodi, vt in dict. l. 2. Ergo, &c. Tenendus igitur est præd. intellectus Montal.

3 Vnde non est opus alio ¶ intellectu ad d. l. Regiam, quem assignat Montal. vbi sup. vt intelligatur, quando contrahens solutionem destinauit incerto loco, & promissit se ibi personaliter præsentare, quia tunc etiam inuitus ad locum contractus remittitur, secundum Bald. in leg. cum Archimedoram, n. 6. C. vt in poss. leg. quia licet hic intellectus verus sit in se, & approbatus per Doct. supradict. & infra allegandus, diuinar ad d. l. Regiam: quare tenendus est primus.

Supradicta tamen communis sententia, quæ habet, quod remissio in contractibus regulariter non habeat locum, habet plures limitationes & declarationes, quas optime congerunt & examinant in proposito Bernard. Diaz in dict. regul. 642. per totam, & Auil. vbi supra, & in numer. seq. & omnium latissime Couar. in prædictis questionibus cap. decim. per totum. Et ideo eas non referam, præter duas, vnã quæ vtilissima est in practica, alteram, quæ est necessaria ad nostrum tractatum de iuramento.

4 Prima igitur ¶ declaratio est, vt supradict. communis sententia non habeat locum, si contrahens in contractu renuntiat proprio foro, quia tunc fit remissio: ita est gl. expressa in l. 1. verb. pro

non dato, ibi: Tu potes attentare, ff. si quis in ius vori, non ier. quam dicit signandam & multum notandam Bar. ibi, n. 3. Et eam seruare vsus iudiciorum, secundum Alb. ibi, col. 2. qui eam sequitur, & testatur communem ibi Alex. num. 6. Ia. 9. & Cur. & sequitur Bar. in d. l. bares absent. n. 1. col. 1. de iud. vbi eius additio allegat Marian. Soc. dicentem hanc esse communem opin. & hanc glo. testatur communiter teneri ex Alex. plures allegans Bern. Diaz. vbi sup. in l. limit. Et est communis, secundum Auil. vbi sup. num. 19. vbi plures etiam allegat, & illam gloss. celebratissimam appellat, & dubio procul esse communem eius opi. plures allegans testatur Cou. vbi sup. n. 5. dicens, quod hoc vsus forensis passim admittit & merito, quia semper in contractibus, publicis apponitur renuntiatio proprii fori & submissio alterius. Et hæc sententia est receptissima in scholis & in iudiciis quotidiana, secundum Io. Orolos. in l. 1. n. 6. & ff. si quis in ius vori, non ier. vbi refert Imol. in c. n. 8. de for. comp. dicentem communiter non seruati illam gl. quam etiam testatur communiter non reprobata And. Barbat. in addit. ad Bal. in d. l. cum Archimedoram, sub num. 5. litera A. C. vt in poss. leg. sed neminem allegat, ideo tenenda est in iudicando & consulendo suprad. sententia gl. quam etiam pluribus allegatis testatur communem Mench. lib. 3. controu. vsu frequen. c. 52. n. 4. vbi refert alios dicentes gl. illam in pract. non seruari.

Secundo ¶ & principaliter suprad. commun. 5 sententia probata in d. s. contrahentes, quæ habet quod in contractibus non habeat locum remissio, limitatur, si debitor cum iuramento promittat se litigaturum vel respondenturum in loco contractus, quia tunc ratione iuramenti, quod facit promittentem præcise teneri ad factum, habet locum remissio in contractibus. ita tenet And. Bar. vbi sup. & Rom. sing. 279. quam opin. sequitur plures allegans Bern. Diaz. de Lug. vbi sup. limit. 2. vbi inter alios refert ita tenentes Mar. Ant. Bauer. in tract. de virtut. & vir. iura in 40. effectu vol. 5. v. 1. Hanc etiam opin. de iuramento sequitur Rom. tantum allegans Auil. vbi sup. n. 19. Et plures alios allegans sequitur eam Couar. vbi sup. n. 6. vbi eam appellat communem.

Et inquit ¶ est intelligendum in terminis suprad. scilicet, quando promissio fuit iurata de respondendo & litigando apud iudicem illius loci, in quo contraxit is, qui iurauit: Secus tamen quoties tantum contractus ipse iuramento fuerit confirmatus, quia tunc ad iuramentum contractus iuramentum, potius accedere videtur, quam ad remissionem faciendam: licet Bern. vbi sup. cum Soc. quem refert in prin. d. 2. limit. videatur hanc opin. intelligere, quoad quis iurauit simpliciter seruare promissa, mihi tamen placet declaratio Couar. quia est multum consona menti & intentioni iurantis. Eandem limit. plures referens testatur communem Io. Bapt. in suo arar. con. opin. lit. B. n. 68. vbi eam ita intelligit sicut Cou. vbi sup. Adde etiam, idem esse, quando quis promississet soluere in certo loco cum iuramento secundum Rip. in c. 1. n. 66. de iud. & Bern. Diaz. vbi sup. Imo idem esset, etiamsi non iurasset hoc vltimo casu, quia remitti deberet ad locum solutionis, quando certo die & loco soluere promississet, secundum Doct. vbi sup. præcipue Couar. num. 6. & late Ia. in §. plus, in fin. de act. num. 14. & seq. & l. 32. tit. 2. par. 3. & l. 13. tit. 11. par. 5. & ibi Gregor. l. 3. ff. de ben. act. iud. post. l. contraxisset, ff. de act. & oblig. l. quæro, ff. de solut.

SVMMARIVM.

- 1 Mora in contractibus purgari potest, vsque ad litem contestationem, non vero post, in iudicialibus, autem potest mora purgari post tres aut quinque, pluresve dies arbitrio iudicis, si ius actoris non est factum detentius.
- 2 Iuramentum impedit moram purgari.
- 3 Mora purgatio non habet locum, quotiescunque fit exsequutio ipso iure absque sententia iudicis.
- 4 L. si quis maior, C. de transact. habet locum non solum in transactione iurata in qua loquitur, sed etiam generaliter, vbiunque obligationi accedit iuramentum.
- 5 Mora potest purgari de iure Canonico & eius æquitate, etiam vbi adest iuramentum, & alia vbi non poterat mora purgari.
- 6 Pœna de iure Canonico non committitur, nisi pro parte non soluta tantum, licet secus esset de iure Ciuili.
- 7 Debitor qui cum iuramento promissit vsuras soluere, tenetur eas soluere, etiam impetrata absolutione à iuramento, quando antequam eam impetraret fuit periturus, quia non soluit tempore constituto.
- 8 Deficiente iure Regio, potius recurrendum est ad ius Canonicum, quam ad l. Imperatorum.
- 9 Purgatio moram non admittitur in contractu, vbi est dies & pœna: secus de iure Canonico.
- 10 Casus circa hoc prædictatus in regali Cancellaria.

CAPVT XVII.

De purgatione moræ.

MORA in ¶ contractibus purgari potest vsque ad litem contestationem, & non post, in iudicialibus, autem potest mora purgari post tres aut quinque, pluresve dies arbitrio iudicis, si ius actoris non est factum detentius, in l. & si post tres, & ibi gl. & DD. ff. si quis caut. l. 36. & 37. tit. 11. par. 5.

2 Si ¶ tamen in contractu adest iuramentum, tenetur quis præcise ad terminum promissum adimplere, quia post non poterit moram purgare: Itaque iuramentum, hoc robur & firmitate tribuit contractibus, vt in casibus, quibus alias poterat mora purgari, interueniente tamen iuramento minime purgari possit, text. est expressus in l. si quis maior, C. de transact. Et ibi tenet Bar. n. 11. & ceteri DD. communiter secundum Ia. ibi, num. 16. testatur communem plures referens Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. concl. 1. de transact. num. 10. pag. 156.

3 Secundo probatur ¶ hæc opinio, quia vbiunque fit exsequutio ipso iure, absque sententia iudicis, tunc non habet locum purgatio moræ, vt in l. si quis, cui, dig. ff. de legat. 2. Sed quando in contractu adest iuramentum, fit exsequutio ipso iure absque sententia iudicis ratione iuramenti, vt in d. l. si quis maior, ibi, moræ. Igitur in contractu iurato non habet locum purgatio moræ. Tertio pro hac eadem opin. facit, quia iuramentum habet vim litem contestationis, vt in l. nam postea, §. si quis temporalis, & ibi communiter DD. ff. de iur. iuran. Sed post litem contestationem non habet locum

purgatio moræ, vt in d. l. si Insulam, & in dict. l. 35. Igitur in dispositione iurata non habet locum purgatio moræ. Bene verum est, quod text. in d. §. si quis temporalis, non loquitur in iuramento confirmatorio, sed decisorio delato parti ab altera parte, vt diximus in proprio loco supra hac eadem part. c. 1. Ergo text. ille non facit ad nostrum casum: Sed licet hoc ita sit, nihilominus nostra opinio procedit, quia optime probatur in d. l. si quis maior.

Quæ lex & ¶ hæc communis conclusio non tantum procedit in casu particulari, in quo loquitur, scilicet in transactione iurata, sed generaliter vbiunque obligationi accedit iuramentum, quod Bar. ex illa l. notauit in d. l. si Insulam, num. 20. cuius opin. testatur communiter approbatam moderni, quos & alios alibi referens eam esse communem inquit Ant. de Padil. in d. l. si quis maior, n. 22. & 23. vbi inter alios refert Marc. Ant. de virib. & virtut. iura. num. 17. & Roland. à Vall. conf. 6. n. 46. vltra quem eandem opin. sequitur Rom. conf. 427. & sing. 444. & Matthesil. notabil. 50. & Aret. conf. 94. Decius confil. 138. & Ant. Colser. in rubr. de iur. iuran. num. 3. specialit. & Matth. de Afflic. decis. Neapol. 174. num. 5. dicens sic fuisse iudicatum per Consilium contra quemdam rusticum, qui acceptis in emphyteusim fundum cum iuramento & clausula, Rato manente pacto, & quibusdam renuntiationibus moræ purgationis & omnis legum auxilij, & non soluit intra triennium pensionem, sicut iurauit, & postea declarauit dominus se velle, vt dictus fundus caderet in commissum propter non solutam pensionem intra triennium, & cepit possessionem ipsius: rusticus fecit depositum penes iudicem de canone debito præd. trib. annis, & fuit allegatum, quod non poterat moram purgare per supradict. & sic fuit pronuntiatum. Et hæc opinio est etiam communis, secundum alios Dd. quos refert Catal. Cor. in memorabil. suis, verb. moræ, el. 3. & sequuntur alij relati per Anton. Gabr. vbi supra num. 5. Et nouissime late probat plures citans in iuramento confirmatorio contractus, maxime stante clausula resolutiua contractus decis. Perus. 90. n. 9. cum seq. 2. part. Et ita est tenendum, quamuis Petr. de Beluc. & Ale. teneant contrarium: & procedit hæc communis opinio respectu omnium pœnarum, vt testatur communem esse plures referens contra Paul. de Cast. qui aliud existimat domin. Ant. de Padil. vbi sup. n. 24.

Sed hæc ¶ communis opinio non procedit de iure Canonico & eius æquitate, quia iure Canonico attento, etiam in dispositione iurata, & vbi alias non poterat mora purgari, admittitur purgatio moræ, si ius actoris non sit factum detentius, quod tenuit gl. in c. apud misericordem, glo. 1. 32. q. 1. sentit etiam gl. in cap. beatus, verb. maioribus, 22. q. 2. Per quas glossas ita tenuit prins omnibus Bald. in l. qui crimen, quest. 11. num. 20. C. de his qui accus. non repr. vbi inquit, quod fideiusor post moram representando reum congruo loco & tempore, liberatur à pœna, etiamsi sit fideiusor cum iuramento, quia d. l. si quis maior, non obtinet secundum Bald. de æquitate Canonica. Et hæc opin. communem esse & receptiorem plures allegans testatur domin. Ant. de Padil. in d. l. si quis maior, n. 25. vbi illam sequitur contra Alex. & Bologn. qui existimabant æquitatem etiam Canoniceam versari in hoc, vt interposito iuramento, moræ purgatio non admittatur: Et hæc opin.

opin. cum gl. supradicta tenet in foro animæ Anton. Corlet. in rmb. de iur. num. 30. vol. 5. tract. diuers. Dd. fol. 15. testatur magis communem videri Anton. Gabr. ubi supradicta num. 12. & 13. qui num. seqq. & cum eo decis. Perus. ubi supradicta num. 36. & 37. aliquas eidem adiungit declarationes, quæ accurate sunt considerandæ, an sint veræ, quia non omnes illæ mihi placent. Addit Lofredus consil. 41. num. 8. vt cum refert d. decis. Perus. 90. num. 4. hodie de æquitate posse moram purgari, etiam quod interueniat iuramentum, dummodo soluat id, quod interest, quod voluit etiam Iul. Clar. §. emphyteusis, q. 8. in fin.

Veram hæc communis opin. probari potest ex text. in c. suam, de pœnis, vbi probatur, quod licet iure ciuili, qui certam pecuniæ quantitatem ad diem sub pœna dare promisit, etiam si partem soluat, debeat vniuersam pœnam pendere propter sortem non solutam, vt in l. pœnam, §. si sortem ff. de verb. obi. l. heredes, §. in illa ff. fam. hereditum, iure tamen Canonico, non nisi pro parte non soluta committitur pœna promissa per dict. c. suam, cuius hic est communis intellectus, vt plures allegans testatur Ant. de Padil. ubi supradicta n. 26. quamuis alij Dd. velint tenere contrarium, aliter intelligentes text. illum. Hæc tamen est communis opinio & tenenda de æquitate Canonica, vt pœna non committatur, nisi pro parte non soluta tantum. Ergo cum in nostro casu præsentetur reus congruo loco & tempore non facto iure actoris deteriori, consequens est, vt secundum eandem Canonice æquitatem liberetur promissor, iuxta supradictas communes & veras resolutiones, à quibus non est recedendum in iudicando & consulendo. Sed an hoc casu requiratur absolutio iuramenti, hic non ago: & licet gl. in d. c. beatus, existimet hoc casu non incurri peritium, cautijs existimarem esse, vt debitor absolueretur à iuramento ad cautelam.

Contra quod factum quod tradunt Dd. & eos referens Couar. de pact. in 6. in 2. part. paragr. 3. num. 2. fol. 8. circa intellectum, cap. 1. & cap. debitor, de iur. vt illorum iurium decisio, quæ habet, quod impetrata absolutio à iuramento, debitor, qui cum iuramento promisit soluere vsuras, eas soluere minime teneatur, non procedat, si debitor prius peritius sit ex mora commissa in soluendis vsuris, nempe quia dies, intra quem eas soluere promisit, præterit, antequam absolutio à iuramento impetraret. Nam cum iam sit peritius, præcise soluere debet in pœnam peritij, & ita creditor post incursum peritium non obtinebit absolutioem, sed præcise soluere debet in pœnam peritij, & postea repetere vsuras solutas secundum communem opin. quam ibi resoluit Couar. Igitur ita in proposito videbatur dicendum, quod debitor hic, siue principalis siue fideiussor, propter peritium à se incursum, eo quod non soluerit nec præsentauerit eum in tempore cum iuramento promisso teneatur præcise soluere, licet postea præsentando eum possit repetere solutum. Sed respondeo, quod hæc communis resolutio tradita circa intellectum d. cap. 1. & d. cap. debitor, non loquitur nec locum habet in nostro proposito, quia ibi non agitur de mora purgatione, sicut in nostro casu, sed de totali absolutioe promissionis iuratae, non oblato principali. At vero in proposito nostro reus vel fideiussor, qui purgat moram, illam purgare vult, offerendo quod prius promiserat,

& sic soluit in effectu, & satisfacit primæ obligationi, vnde merito quod admittatur, licet ratione peritij incurri sit sibi imponenda salutatis pœnitentia per iudicem competentem. Nam in casu d. cap. 1. & d. cap. debitor, licet debitor post incursum peritium soluat vsuras, solutio ipsarum non liberatur à peritio commisso, & sibi pro eo pœnitentia imponi debet, vt supradictum: Ergo ita in proposito nostro fieri debet. Vterius ex d. cap. suam, quod hodie de iure Canonico semper mora purgari possit, tenet alios allegans Greg. Lop. in l. 3. tit. 14. par. 5. in gl. 2. ad fin. vbi inquit, quod ista limitatio in his regnis erit maximi effectus, quia cum per leges partitatum non reperitur expresse cautum, quod vbi est dies & pœna, non admittatur purgatio mora.

Et sic deficiente iure Regio, potius sit recurrendum ad ius Canonicum, quam ad leges Imperatorum, vt tradit Palat. Ruban. in introductione repetitionis c. per vestras de donat. vir. & vxor. vbi idem videtur mihi dicendum, admittitur mora purgatio sequendo æquitatem Canonice, & hoc dicit esse menti tenendum, non loquitur Greg. in promissione sui fideiussione iurata, & ideo non allegat glossas, Bald. nec sequas supradictos, sed in contractu vbi est dies & pœna.

In quo factum de iure communi non admittitur purgatio mora, per text. in l. trauellitia, §. de illo ff. de action. & oblig. & in l. magnam, C. de contrab. & committ. stip. per que iura ita tenet Bart. in d. l. inf. in solam, num. 4. vbi Alex. & l. inf. num. 15. Vincent. & Rip. num. 39. & Iacob. de Nigr. num. 101. restantur hæc esse communem opinionem, & late agunt de huius communis opin. ampliationibus & limitationibus, & referunt alios plures tenentes contra hanc communem opinionem.

Sed de æquitate Canonice seruanda etiam in foro seculari, hæc communis opinio non procedit, quia semper potest purgari mora, secundum Greg. Lop. ubi supradicta eius opin. mihi vera est, quia si stante iuramento, ob quod de iure ciuili impediebatur mora purgatio, hodie de æquitate Canonica non impeditur, sed imo admittitur mora purgatio, secundum communem resolutionem supra positam, idem erit dicendum, vbi non interuenit iuramentum, sed dies & pœna.

Et per prædicta quæ opinor fuisse decisam hoc mense causam ciuilem grauissimam in Regali Cancellaria Vallefoleti huiusmodi. Erat detentus in Regio carcere quidam debitor ex contractu pro quatuor mille ducatis aureis: fuit relaxatus de consensu creditoris, cum fideiussoribus, qui se obligauerunt de reo præsentando intra certum tempus, quo transacto si eum non præsentarent, remaneret ipsi fideiussores de plano obligati ad prædict. debitum soluendum, & ita debitor cum his fideiussoribus hoc modo obligatis exiit à carcere. Tandem cum tempus præsentationis adimpleretur, creditor ad petitionem debitoris consensit, vt per aliud certum in super tempus non præsentaretur, sub aliis fideiussoribus sibi de nouo datis in eundem modum & formam conceptis, quibus priores fideiussores se obligauerant. Tandem debitor ad finem postremi termini aufugit, ita quod fideiussores posteriores non potuerunt eum præsentare in carcere die constituto, sicut obligati erant cum die & pœna, & offerrebant creditori per viam conventionis mille ducatos, vt eisdem fideiussores liberaret, non vero debitorem principalem, sed imo quod contra

facto proprio, absque ostensione instrumenti debuit.

Denuntiatio simplex non sufficit ad constituendum debitorem ex facto alieno in mora, nisi ostendatur simul instrumentum debuit.

CAP V T XVIII.

De ignorantia in facto proprio.

In facto proprio factum non est tolerabile nec probabilis ignorantia: text. in l. quæquam, digestus ad Velleian. l. fin. digestus pro suo l. si quis delegauerit, digestus de do. nat. l. fin. C. de hered. inf. Hæc regula primo limitatur, si factum proprium esset implicium & intricatum, vt probat text. in l. penult. digestus de confess. per quem text. ita notat Bart. in l. non fateur, num. 7. digestus eod. vbi eius additio litera E. hoc declarat & refert plures remissiones, quæ sunt videndæ.

Secundo factum & principaliter hæc regula limitatur per lapsum decennij, nam tunc per hunc temporis cursum bene præsumitur & admittitur ignorantia in facto proprio. Solet allegari ad hoc glo. in l. 1. C. de seruis fugit. quam testatur communiter approbatam Curt. Iug. in l. quod te mihi, num. 43. digestus si cert. per. sed ego non inuenio glo. in dict. leg. 1. quæ hoc dicit: Tamen hoc tenet expresse gl. in paragr. quod autem, verb. propter absentiam, Institutus de vsucap. Et ignorantia facti de tempore longinquo, antiquo vel diuturno est tolerabilis & potest allegari, quia tunc præsumitur obliuio, vt tenet Bart. in dict. leg. non fateur, num. 7. idem in l. si quis delegauerit, paragr. fin. num. 2. ff. de nouat. idem in l. qui fundum, paragr. seruis meus, num. 1. digestus de vsucap. pro empt. & tenuit antea Dyn. in reg. præsumitur, ad fin. de reg. iur. in 6. Et ibi eius additio alios allegat, sequitur etiam Alexand. num. 2. Inf. num. 36. in l. si res obligata, ff. de legat. 1. & idem Inf. in paragr. si quis agens, num. 9. post Ang. ibi num. 9. ad fin. Institutus de ad. Abb. in c. ab excommunicato, num. 8. de prescrip. & ibi eius additio Alex. consil. 34. num. 8. vol. 1. Alciat. in l. si diuortio, digestus de verb. obligat. vbi bene probat & tenent alibi Dd. sepius, & est vera & communis opinio. Pro qua opin. primo facit, quia memoria hominum labilis est, & nullum damnatum afferre potest, vt in l. per preff. de acqu. poss. & omnium habere memoriam potius diuinitatis quam humanitatis est, vt in l. 2. §. si quid autem, C. de ver. iur. enucl. glo. 2. in c. porrecta, de confirmat. vtil. vel inut. Secundo pro hoc opin. est bonus text. in dicta sua gl. pen. in l. furtum, in final. verbis ff. de vsucap. vbi probatur, quod ex longo tempore præsumitur obliuio, & ibi notant Bart. & Doctor. text. in l. si id quod, in princ. digestus de acqu. poss. & ibi Bart. & Dd.

Et quod factum modicum vel longum tempus, relinquatur arbitrio iudicis, vt probat text. expressus in l. si ita quis, paragr. Scia canis, ff. de verb. oblig. vbi cum text. fecisset mentionem modici temporis, inquit, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est, & asserit glo. ibi, in parte modico tempore arbitrio iudicis definiendo. Et ita per text. illum & glo. plures Dd. referens tenet Thaq. in repet. l. si vnquam, C. de renoc. donat. in parte omnia, vel partem aliquam, si. 31. folio 175. in princ. sicut etiam relinquatur arbitrio iudicis, quod

Hh 3 dica

contra eum actori remaneret actio & ius suum saluum pro tota summa. Creditor noluit acceptare hanc sortem sibi oblatam, sed imo comparauit in Regia Curia, & petiit iudicem executorum contra prædictos fideiussores, eo quod erat transactus terminus præsentationis contentus in instrumento publico & quarentigio obligationis & fideiussionis, & ipsum non præsentauerat, sicut constabat ex ipso contractu fideiussionum & testimonio non præsentationis à se productis. Interim quod hoc verberatur in Reg. Curia, dicti fideiussores fecerunt omnem sibi possibilem diligentiam in capiendo debitore fugitio, & eum capi fecerunt Hispali, & fuit adductus captus & in vinculis ad Regiam Cancellariam, vbi fuerat præsentandus: & ibi cum præsentauerunt duobus mensibus post terminum conuenit iam elapsis, & cum hoc contendebant esse liberatos purgando moram. Rursum creditor instabat, id minime habere locum, scilicet de purgatione moræ, quia in contractu erat dies & pœna. Tandem fuit conclusa causa ad diffinitiuam sententiam, & Regij auditors eam protulerunt, qua absoluerunt & liberarunt dictos fideiussores, declarando eos adimpleuisse prædict. præsentationem rei, etiam post terminum factam. Constitit tamen, quod in nihilo fauisset actoris ius factum deterioris in illo termino, qui exfluxit post diem constitutum vsque ad realem præsentationem. Et quamuis supplicatum fuit ab hac sententia pro parte actoris, confirmata tamen fuit in gradu reuisionis. Et ita recte meo iudicio iudicatum est per supradicta, de æquitate canonica, quæ in hoc casu practicata fuerunt, vt ipse existimo, quia alias attenda iuris ciuili dispositione & rigore, prædicti fideiussores non erant liberandi. Idem in prædicta specie ante eius de cisionem respondit D. Azenez. vt ipse testatur, nos hic citans in l. 12. num. 23. tit. 23. lib. 4. non collect. Reg.

S V M M A R I V M.

- 1 Ignorantia non est probabilis nec tolerabilis in facto proprio, nisi factum sit implicium & intricatum.
- 2 Ignorantia facti de tempore longinquo, antiquo vel diuturno, est tolerabilis.
- 3 Quod dicatur in proposito longum vel modicum tempus antiquum vel diuturnum, relinquatur arbitrio iudicis.
- 4 Ignorantia est tolerabilis in facto proprio propter multitudinem negotiorum, ita quod post mensem præsumitur in ista obliuio.
- 5 Ignorantia in facto proprio tolerabilis est, quando tractatur de damno viuando.
- 6 Ignorantia in facto proprio de antiquo non est probabilis, quando factum est arduum & notabile.
- 7 Ignorantia in facto proprio de antiquo non est tolerabilis, quando factum est obligatorium alteri.
- 8 Ignorantia in facto proprio de antiquo non est tolerabilis, quando adest iuramentum in facto illo.
- 9 Iuramentum facit actum alius paruum, arduum & notabile, ad hoc vt in eo non cadat in ista obliuio.
- 10 Denuntiatio sufficit quod fiat debitori ex